



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1648**

Cap. I. De causâ Formali, seu definitione Geographiae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13147**

6 DE NATVRA GEOGRAPHIÆ,

gia seu sphærâ petitis: tum de principiis sumptis ex Geometriâ: postea aliquid ex Opticâ libabimus ad tabulas Geographicas concinnandas: quibus expeditis aggrediemur primam orbis partitionem; & quia maria terris implicantur, & illa sunt Geographicæ considerationis, agemus breuiter de Maribus, non ut solent recentiores Hydrographi, sed quantum ad rem nostram satis erit.

---

LIBER PRIMVS.

*De natura seu de causis Geographia.*



VÆREMVS hoc in libro primum quid sit Geographia: deinde quale eius subiectum seu materies: Tertiò quinam hanc scientiam excoluerint; denique quem in finem dirigatur: ita caussas eius Formalem, Materialem, Efficientem, Finalem attingemus.

CAPVT PRIMVM.

*De causa formali, seu definitione Geographia.*

**G**EOPGRAPHIA sic describitur à principe Geographorum Ptolemao lib. 1. Enarrationis Geogr. cap. 1. M̄undis ὡς Αἰγαγῆς τὸ καπιλημένο τὸ γῆς μέρες ὥλε, μετὰ τὸν ὡς Κίναν συνημένων. Est imitatio picturæ exhibentis partem illam omnem terræ que detecta est, cum iis que ad generalem eius notitiam spectant. Quibus in verbis tria sunt excutienda.

*Primo*, Geographiam vocari imitationem picturæ: quoniam rudes duntaxat, & informes exigunt delineationes, atque ut postmodum loquitur Σλάγεματα, η τε δισματάσις, tunc notas, figurásque parum accuratas. Quare Strabo 2. Geog. postulat tabulam Geographicam γῆμα τὸ γῆς αἰπλεστα συμβολὴν, simplicissime terre figuram exhibentem. Vtrum autem Ichnographiam

flagitet, quidam dubitarunt, asseruit Maginus, cā ductus ratione: quōd si Chorographia Sciographiam exigit, quæ Ichnographiam umbris attollit, & deprimit, non videatur Ichnographia deneganda Geographiæ. Sed hīc turpiter vir alioquin magnus hallucinatus est. Ichnographia enim pars picturæ vera est, quam postmodum Ptolemaeus ab arte suâ penitus explodit.

*Secundò additur: partem illam terre que detecta est. Notat enim Strabo suprà laudatus Geographiam tantùm ζυτῶν τὰ γνώσμα τῆς οἰκουμένης, τὰ δὲ ἀγνωστά εἴσι, καθάπερ καὶ τὰ ἔξω αὐτῆς. Inuestigare terre partes detectas, incognitas spernere, quasi ad se minus pertinentes. Quale illud porrò fuerit, & apud veteres, & apud recentiores toto hoc opere videbitur.*

*Tertiò adiungitur: Cum iis que ad generalem eius notitiam attinent: quæ verba paulò pòst idem auctor explicat, cùm ait Geographum versari circa descriptiones κόλπων sinuum; πόλεων μεγάλων magnarum urbium; Ἐθνῶν καὶ ποταμῶν ἀξιολογήσων nationum, & fluminum illustriorum: καὶ τῶν καθ' ἐργού ἄδεσ θεονυμοτέρων, quæ secundum speciem uniuscuiusque sunt insigniora: quibus extremis verbis complectitur montes, lacus, fluvias, fluminorum capita, & diuertigia, prouinciarum limites, quæ diligentius ipse in suis tabulis annotauit.*

## CAPUT II.

*De causa materiali Geographiæ.*

**E**ODEM capite primo Ptolemaeus discriben inuestigans inter Geographum, & Chorographum, ait illum versari  $\omega\delta\iota\pi\tau\sigma$ , circa quantum, hunc autem  $\omega\delta\iota\pi\tau\sigma$  τὸ ποιὸν μᾶλλον, ἢ ποσόν, circa quale potius, quam quantum. Quod explicat postmodum, dum asserit Geographum attendere ad proportiones interuallorum, in quibus sita est ratio quantitatis: Chorographum verò curare διαισθητa similitudinem usque ad μικρομερίτερα τῶν ἴδιωμάτων, minutissima queque priorum locorum: quare Chorographum omnem vult esse pictorem. Cùm ergo ratio similitudinis, & figuræ ad qualitatem pertineat, conficitur versari Chorographum circa τὸ ποιόν.

**D**IFFICULTAS tamen moueri potest, utrum Chorographus etiam per se non respiciat quantitatem, sic ut primò qualitatem spendet: si quidem verba Ptolemaei primo aspectu id videntur in-